



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 94. Guisii Ducis oratio in hoc conventu proposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul XVI.  
A.C. 1560.

dum persuadere nitebatur, minus arri-  
debat Guisianis Principibus, qui etiam  
palam indignationem suam exerebant:  
insuper ob petulantiam, qua indignum  
in modum contra Ecclesiam declamabat,  
majorem adhuc sibi invidiam accerse-  
bat, aliunde Guisiis plurimum exosus,  
eo quod nimio studio Borbonicæ familiæ  
adhæreret usque ad obitum suum, qui  
die secunda Decembris contigit, post-  
quam ætatis suæ annos quinquaginta  
expleverat.

§. XCIV.

*Guisi Ducis oratio in hoc conventu  
proposita.*

Postquam hi Præsules suos sermones  
absolverant, rursus altera die apud  
Bellaqueum-Fontem Sessio habebatur,  
in qua suo ordine Colinius perorare  
cœperat, ea tamen, quæ jam superius  
prolata fuere, duntaxat repetebat. Post-  
ea Guisius Dux, cui suspectum erat Co-  
linii Præfecti ingenium, singula illius  
verba redarguebat, hæc subjungens:  
„Rex sapientissimi Parentis studio ita  
„educatus es, ut tua juvenus non metu,  
„& odio, sed optimis prudentiæ præ-  
„ceptis instructa magnam de se spem  
„excitaverit; Verum huc deciderunt  
„cuncta ob sceleratorum quorundam  
„machinationes, ut militari stipatu tuam

Thuan. l. 25.

D d 3

vitam

Sæcul. XVI.  
A. C. 1560.

*La Popel.*  
*l. 6. p. 204.*

„vitam adversus rebellium conatus mu-  
niri oportuerit, nam contra Regiam  
„Majestatem vestram, non contra tuos  
„Ministros, uti vulgo maligne jactatur,  
„initam nuper conjurationem ambigi  
„non potest. Religionem quod spectat,  
„doctiorum judicio sto: ceterum palam  
„contestor, nulla nunquam concilia, qua-  
„lia maris Præfectus postulat tanti apud  
„me fore, ut ab antiquo Majorum cultu  
„ulla in re, ac præcipue in sacrosancti  
„Missæ Mysterii & Sacramentorum quæ-  
„stione deflectam. De Franciæ ordinum  
„convocatione, quam idem Præfectus  
„urget, Regis voluntatem omnino am-  
„plector: his præmissis subjunxit: de  
„cetero Regii exercitus imperio semper  
„ea fidelitate præfui, ut gloriosum lu-  
„premi Ducis, ac Regii Legati nomen  
„per univèrsam Regnum omnium pri-  
„mus emeritus fuerim, & quidem cum  
„ea potestate, qua ampliorem præter  
„Regii Palatii Præfectos hucusque nemo  
„alius est consecutus.

§. XCV.

*Lotharingii Cardinalis oratio in eo-  
dem conventu habita.*

*Thuan. l. 6.  
Popel. l. 7.  
p. 204.  
Davila l. 2.  
p. 57.*

Denique inter ceteros postremus per-  
orabat Lotharingius Cardinalis, ac  
Colinio maris Præfecto objectabat, quod  
tunc, si ipse quinquaginta Calvinistarum  
millia